

Lunæ totaliter deficientis observationes, Londini in Arce Londinenſi habitæ, idque in ædibus & cum instrumentis Jone More Equ. Aurati, à Johanne Flamsteadio, Astr. Regio, nocte ſequente d. Junii 26. 1675. ft. vet.

COELUM à meridie præcedente nubibus densissimis coopertum, exiguam nobis spem reliquerat defecū bunc obſervandi; hinc tamen ſub occaſum Solis attenuatis, diſperſis deinde, & circa horizontem ſubſidentibus, Jovem primū paulo ante medianam noctem, ſatellitibus ſuis quatuor ſtipatum, deinde Lunam, ſudo ſub Cœlo, vidimus. Intererat hinc obſervationibus, multumque ex ſuā adjuvabat diligentia Juvenis ingeniosus Edmundus Hall, Oxonienſis. Tubos adhibuiimus præſtantes duos, altero ſeptem tantum pedes longo, quo Lunæ captæ fuerunt diametri, & deficientis Lunæ partes residue illuſtratae dimenſe; altero pedum amplius quam 23, quo notatæ à me phases, & umbræ vere ad maculæ appulſi. Binis etiam uſi fuimus horologiis, que bis ad ſolem septimanā præcedenti examinatae, tempora cœleſtia accuratè exhibuſiſſe inveniebantur: Quibus phasium ſequentium tempora notavimus.

Hora horologii
oscillatorii.

b.

1 13	01	00	" Luna diameter 3190 = 31.40	multoties repetitæ mensure
2 13	08	30	Penumbra nulla	tum à me tum ab adjutore
3 13	11	00	Rurſus Luna di. 3191 = 31.46	Edm. Hall.
4 13	18	00	Nulla penumbra.	
5 13	37	50	Nec etiamnum penumbra reſtigium: jamque Luna nubes ſubtervolantes ſubiit, ſub quibus latuit uſq;	
6 13	46	40	Dum per earum biatus penumbra denſa, vel forſan iſum initium apparuit; ſed certus eſſe non poteram, quippe ab iis rurſus excepta dilituit, donec	
7 13	51	40	E nubibus elevate limbus notabili ſati defecū laborare vi- ſus eſt, obſcurato ſextante vel minimum oclante peri- pherie.	
8 13	55	15	Pentadactilus teclus.	
9 14	02	20	Porphyrites teclus.	
10 14	05	30	Sinæ limbus primus.	
11 14	06	00	Ætnæ limbus proximus.	
12 14	08	40	Partes residue illuminatae 2071 = 20°. 38".	
13 14	12	00	Fixa exigua telegopica, minori tubo non viſibilis, in majori apparuit dimidium ferè capacitatatis ejusdem, vel 15'. à limbo apparenter inferiori diſtantia.	

Ccc 2

Horæ

Hora horologii oscillatori.			
b.			
14	14	17	45
15	14	23	05
16	14	26	03
17	14	29	00
18	14	30	45
19	14	35	00
20	14	37	15
21	14	39	30
22	14	45	00
23	14	50	45
24	14	56	10
25	14	56	55

Partes illuminatae residue, $1655 = 16^{\circ} 27''$.
 Besbici limbus prior.
 Horminius teclus.
 Æmus teclus.
 Partes illustrate residue — $1047 = 10^{\circ} 24''$.
 Partes lucide residue — $865 = 8^{\circ} 38'$; jamq; tubo longiori Fixa alia exigua apparuit, Macula Caspiae longitudinem à limbo Lune, latitudinem ejus, à linea per cuspides ducitā dextram versus dīstans.
 Umbra legebat occidentale littus Ponti.
 Ipsa tetigit limbum primum Corocondometus.
 Paludem Maeotiden tetigit.
 Maeotis tota teclta.
 Dubium an aliquid veri luminis supererat.
 Immersio: Certe enim lux primaria Lunam penitus de-serveat, scilicet ē regione paulo supra montes Ripheos & circa gradum limbi Heveliani 330. Hor. 14. 57'. 30'', limbus coloris cineritii per tubum appa-ruuit. Aer à septima observatione ad Immersionem serenissimus extitit; & lucula quedam albicans per totum defectū tempus cuspides obscuratae Luna-visa est insidere, que eam etiam post immersionem à parte, que ultimū in um-bram inciderat, reddebat conspicuum. Venerem deinde tubo majori gibbam; Saturnum patulis auctūm ansis vidimus, cuius tamen Satellites ob lucem adul-tam conspicere non potuimus. Postero manē rursus Horologia ad Solem exami-nata, horas præcisè ad altitudines eratas ostendere comperimus.

Tennis admodum erat Eclipsis hujus Penumbra, nec major quam Sinæ aut Etnæ latitudo. Palus Maeotis lata apparuit admodum, &c, quam maxime ferè potuit, à limbo Lunæ remota. Mareotis è contra compressa admodum, nec plus quam dimidium longitudinis ipsius à limbo Lunæ distans.

*Isaac Bullialdi Observations ejusdem Eclipsis, ab ipso met communicatae
in literis 17 Julii 1675. scriptis.*

<i>Initium vere umbra altâ Capellâ ad ortum</i>	<i>g.18. 45'.</i>	<i>H. 13.55'.</i>
<i>Umbra attigit Paludem Mæot. altâ Lyrâ ad occ.</i>	<i>g.50. 51.</i>	<i>H. 14.55.</i>
<i>Immersio totalis altâ Lyrâ ad occ.</i>	<i>g.48. 50.</i>	<i>H. 15. 6.</i>
<i>Tabula meæ Philolaica ostendunt Initium Parisis</i>		<i>H. 13.50.44".</i>
	<i>Immersionem totalem</i>	<i>H. 15. 0.58.</i>
<i>Heckerus in Ephemerid. Initium Parisis</i>		<i>H. 13. 49.26.</i>
	<i>Immersionem totam</i>	<i>H. 14. 56.12.</i>